

f. Hincmaro ceterisque episcopis in regno Caroli Calvi regis constitutis nuntiat, Theutgaudum Trevirensem et Guntharium Coloniensem archiepiscopos decernente synodo depositos esse: 'Scelus quod'. J. 2749. Hincmari Ann. A. 863.

g. mandat, ut litteras Carolo Calvo regi inscriptas reddendas curet; Rothadum Romam mitti, Guntharii communionem vitari iubet: 'Ad fraternitatem'. J. 2756. Caraffa III, p. 151.

h. nuntiat Rothadum restitutum: 'Si coram tuae'. J. 2784. Caraffa III, p. 162.

i. respondet Carolo Calvo regi interroganti, quomodo in eos consulendum sit, qui Ingeltrudis feminae saepe damnatae communicatoribus communicaverint: 'Excellentissimus rex'. J. 2800. Ivonis decr. XIV, c. 46.

k. hortatur, ut, quos deiecerit, Vulfadum et ceteros clericos restituat: 'Multorum a partibus'. J. 2802. Sirmond III, p. 611: 'Nunc primum in lucem edita ex cod. S. Mariae Laudunensis'.

l. reprehendit eum ob quasdam res, quae ad concilium Suessionense III. pertinent: 'Epistolam beatitudinis'. J. 2823. Caraffa III, p. 182.

m. scribit de Hilmerado episcopo Ambianensi: 'Quibus gemitibus'. J. 2837. Mansi XV, p. 398.

n. scribit, necesse esse 'et accusatum et accusatorem simul audiri' Fragm.: 'Necesse et secundum'. J. 2838. Gratiani decr. C. III, qu. 9, c. 21.

o. Hincmaro ceterisque episcopis in regno Caroli Calvi regis constitutis causas odii invidiaeque imperatorum Graecorum Michaelis et Basilii adversus latinam ecclesiam in eo esse ostendit, quod Michael Bulgarorum rex 'a sede b. Petri institutores et doctrinam expetierit': 'Omnium nos portare' ('Nihil enim in'). J. 2879. Caraffa III, p. 233.

Eiusdem ad singulos episcopos per Francorum imperium constitutos epistolae:

a. ad Adalwinum Salzburgensem archiepiscopum:

α. pallium concedit: '(Si pastores ovium) solem geluque', ('Diebus vitae'). J. 2681. Kleimayrn, Iuvavia, Anhang, S. 92.

β. respondet de vidua, quae monacha facta secundo nupserit: 'Quod (autem) interrogasti'. J. 2844. Ivonis decr. VII, c. 65, 152.

γ. scribit viro non licere adulteram coniugem necare, quamvis lex secularis hoc permittat: 'Inter haec vestra'. J. 2845. N. A. III, p. 148 ex cod. Vatic. 1345.

δ. statuit de episcopis infirmitate vel aegritudine occupatis, de clericis in adolescentia a daemonibus obsessis, de eis, qui arborem incidunt et, cum arbor cadat, occiderint hominem: 'Pontifices qui' ('Clerici